

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gloria eterna au  
cum fonte primo

Patriam nostram paradysum computemus, parentes patriarchas iam habere cepimus.  
Quid non properamus et currimus ut patriam nostram uidere,  
ut parentes salutare possimus?  
Magnus illic nos karorum numerus expectat, parentum, fratrum,  
filiorum frequens nos et copiosa turba desiderat iam de sua incolumitate segura,  
adhuc de nostra salute sollicita.  
Ad horum conspectum et complexum uenire quanta et illis et nobis in commune leticia est.  
Cyprianus epistola VI. de mortalitate.

Patriam nos nostram paradysum conputamus, parentes patriarchas habere iam coepimus:  
quid non properamus et currimus, ut patriam nostram uidere,  
ut parentes salutare possimus?  
Magnus illic nos carorum numerus expectat, parentum, fratrum,  
filiorum frequens nos et copiosa turba desiderat iam de sua incolumitate segura,  
adhuc de nostra salute sollicita.  
Ad horum conspectum et complexum uenire quanta et illis et nobis in commune laetitia est,  
qualis illic caelestium regnorum uoluptas sine timore moriendi et cum aeternitate uiuendi  
quam summa et perpetua felicitas!

Cyprianus Carthaginensis, *De mortalitate*, 26 (CCSL 3A, M. Simonetti ed., p.31, ll.437-46).